

bore valerent, quām fortissimus aliquis athleta, omnesq; senes ad juvenes collati essent egri. Quod cū sit absurdum: Medici sanitatem, & naturalem illam *συμμετρίαν* nō in puncto quodam constituunt, neq; etiam quamcunque ab exactissima *συμμετρίᾳ* declinationem morbi nomine dignanrur; sed eam solum, quae prēter naturam est. Itaq; etiam si vel ratione ætatis, vel sexus, vel aliis naturalis constitutionis ratione, multi eas actiones exercere non possunt, quas alii possunt: tamen quia hoc ipsis secundum naturam ipsorum non competit, hæc imbecillitas pro morbo habenda non est. Et quia hæc sanitatis latitudo ratione ætatum, sexus, & temperaturarum notatu digna & evidens est: Medici peculiariter eam considerant, & eos, qui ab optima quidem illa sanitate defleunt, ægri tamen non sunt, Neutros appellant, & Neutram constitutionem in medio quasi sanitatis illius exactioris, & morbi constituunt.

An detur corpus neutrum. De qua constitutione cūm controversia moveri soleat: sciendū, si rem exactè æstimemus, nullam dari medium dispositionem à sanitate & morbo specie differentem: cūm omnis homo sanus sit, vel æger; actionesq; naturales exercere possit, vel non possit. Ideoq; etiam philosophus, cum actiones corporis viventis recenseret, saltem sanitatem & morbum, non verò neutram constitutionem recenseret. Atq; ipse Ga-

lenus, de differentiis morborum cap. 2. saltem sanitatis & morbi mentionem facit: & , 1. de tuenda sanit. cap. 1. duas tantū primas & maximas Medicinæ partes facit, quarum alteram sanitatis tuendæ; alteram morbi profligandi facultatem appellat. Et quamvis dentur plurimæ constitutiones, quæ ab optima sanitate declinant: tamen hæc constitutiones ab optima sanitate specie nondifferunt, sed majoris & minoris ratione. Ipsaq; adeo neutra constitutio *Neutra corpora sanitatis latitudinis* ad sanitatis latitudinem pertinet. Sicut enim nivis candor ab eo, qui in lacte vel alia re est, quatenus candor, non dissidet: ita & hujus sanitatis *ne componitur* differt ab alteri⁹ sanitatis specie, *aut* sed secundū majus & minus. Veruntamē Medici pro suo usu Neutram constitutionem peculiariter considerant, & Neutros à reliquis sanis non quidem specie, sed tamen minoris & majoris ratione distinguunt. Nam cū talium corporum non solum ratione ætatum, sed & temperaturarū & aliarum circumstantiarū ratione magna sit diversitas, atque illa omnia Medici tutela subiecta sint: distincta hinc oriuntur Medici officia, & Medicinæ partes, vel partium Medicinæ potius divisiones. In specie enim Medico considerandum est, quæ ratione pueri, senes, convalescentes & alii gubernandi sunt. Unde Neutri statui inserviunt in primis partes Medicinæ περιφυλακή, preservatoria; & αιγαληπτική instaurativa di-

B 3,

Etæ;